

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Paraphrasis Psalmorvm Davidis Poetica**

**Buchanan, George  
Flaminio, Marco Antonio**

**[Argentorati], 1582**

Psal. CXIII. Laudate pueri dominum, laudate nomen domini, etc.

[urn:nbn:de:bsz:31-127882](#)

Dentem fatigans dente ringetur, lue  
Se macerabit tabida.

Dominus malorum vota ridet irrita,  
Spes vt modestas promouet.

P S A L . C X I I I . Laudate pueri Dominum, lau-  
date nomen Domini, &c.

## A R G V M E N T U M .

Hortatur ad Deo canenda carmina  
Et prouidentiam eius, & potentiam,  
Clementiamque prædicat quam maximam.

C A R M . G E N . 25.

**P**allite Dominum pueri, Domini  
Nomen festo tollite cantu.

Nomen Domini sit benedictum,

Et saclorum in secula longi

Nulla obliuio sentiat eui.

Primo à carcere solis Eōi

Ad purpureos usque Occasus,

Omnes Domini nomen adorent,

Qui gentes super ardus omnes

Celsas aetheris incolit arces.

Cuius longè gloria mundi

Trans flammantia mœnia vecta est,

O pietatis nescia vera

Pectora! ritu sacra nefando

O qui singitis, ánne Deorum

Quenquam Domino similem nostro

Noftis?

Noſtis? quem ſuper ardua cœli  
 Culmina poſitum nil latet imæ  
 Sub caua clauſum viſcerat terra,  
 Nil humano procul aspectu  
 Trans multipliſes aetheris orbes:  
 Inopem terra qui proſtratum  
 Suſcitat, & de puluere egenum  
 Tollit, ut alto poſitus folio  
 Populi primos carpat honores.  
 Qui maternos ſterili fructus  
 Exoratus donat, & orbos  
 Lata renouat prole penates.

PSAL. CXIII. In exitu Iſrael de AEgypto,  
 domus Iacob, &c.

## ARGUMENTVM.

Vates canit quām magnatum miracula  
 Summus dedit parens, Hebræos cūm à solo  
 Aegyptio in recepta regna duceret.

CARM. GEN. 22.

**Q**um domus Iſacidū patrias remearet ad oras,  
 Barbaraq; inuiaſe linqueret arua Phari,  
 Ipſe Deus Iudam cœleſti numine tutum  
 Fecit: erat populi ſignifer ipſe ſui.  
 Vidiſt & attonitas trepidum mare diſſidit vndas:  
 Iordanis refugas in caput egit aquas.  
 Lata per intonſos falierunt culmina montes,  
 Ut ſaturas geſtit dux gregis inter oues:  
 Lataq; frondentes mouere cacumina colles,

R V

Agnus vt in pratis luxuriare solet.  
**Q**uid mare vidisti solito cur cesseris alueo?  
 Cur fugis in fontes fluminis vnda tuos?  
**C**ur ita concusso salystis vertice montes  
 Ut satur exultat dux gregis inter oues?  
**C**ur ita frondenti salystis vertice colles,  
 Agnus vt in pratis luxuriare solet?  
 Nempe Dei trepidum presentia terruit orbem,  
 Cui cadit in Solymos victima multa focos.  
**Q**ui lapidum venas laticum laxauit in usum,  
 Cui fluxit largo flumine dura filex.

**P S A L.** CXV. Non nobis Domine, non nobis,  
 sed nomini tuo, &c.

## A R G U M E N T U M.

Orat Deum, vt defendat Hebreum impijs  
 A Barbaris, qui inuaserant gentem piam:  
 Cuncti vt sciant ipsum Deum verum vnicum,  
 Accæteros fictos Deos mortalibus.

## C A R M. G E N. 3.

**T**Emagne rector orbis, haud victoriane  
 Ex hoste saeuo poscimus,  
 Nos vt per omnes fama gentes differat,  
 Nec apparatu vt splendido  
 Per ora vulgi nos triumphus aureo  
 Curru superbos transferat:  
 Sed impiarum vt saela gentium scians  
 Te largum opis cultoribus  
 Tuus, fideq; semper immutabili  
Promissa